Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dicentes. Si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus ex hominibus: plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio.

Beda. Vel qui dixit. In qua potestate hec facis: de dei dubitant potentia, et sibi intelligi volunt dyaboli esse quod faciat. Addentes quoque. Aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem. Manifestissime dei filium negant quem putant non suis sed alienis viribus signa facere. Poterat autem dominus aperta responsione temptatorum calumpniam confutare: sed prudenter interrogat, ut suo silencio vel sententia condempnentur. Sequitur enim. Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo et ego vos unum verbum. Respondete michi. Baptismus iohannis de celo erat an ex hominibus? Theophilus. Ut enim ostenderet eos semper fuisse spiritui sancto rebelles, et ne domini presencie cura non erat memoria, sed ut nuper in ipso iohanni credere noluerunt: ob hoc vicissim opponit eis hanc questionem: ostendens quod si tanto prophete iohanni qui apud eos maior videbatur, non crediderunt perhibenti testimonium ei: quomodo illi crederent respondenti qua auctoritate hec faceret. Eusebius. Querit autem de iohanne baptista non unde erat oriundus, sed unde legem susceperit baptismatis. Cyrillus. Sed illi fugere veritatem non horruerunt. Dicit enim iste iohannem sicut vocem clamantem parate viam domino. Timuerunt autem dicere veritatem ne diceretur eis: cur non ei credidistis. Et audent reprehendere precursorem non metu domino sed populi. Unde sequitur. At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet. Quare ergo non credidistis ei. Beda. Quasi dicat. Quem confitemini de celo habuisse prophetiam, michi testimonium perhibuit. et ab illo audistis in qua potestate hec faciam. Sequitur. Si autem dixerimus ex hominibus: plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse. Viderunt ergo quod quodlibet horum respondissent in laqueum se casuros, timentes lapidationem sed magis veritatis confessionem. Unde sequitur. Et responderunt se nescire unde esset. Quia ergo noluerunt fateri hoc quod sciebant: repulsi sunt ut eis dominus non diceret quod sciebat. Unde sequitur. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Ob duas enim causas maxime scientia veritatis est occultanda querentibus: cum scilicet is qui querit ad intelligendum incapax est ad intelligendum quod querit, aut odio aut contemptu veritatis indignus est cui debeat aperiri quod querit. Eusebius.

Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantavit vineam et locavit eam colonis: et ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore vide

Congregatis in unum principibus populi iudeorum in ipso templo ea que contra ipsum fecerunt erant et adventurum eis exterminium figurate parabola protulit. Dicit enim. Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantavit vineam. Augustinus. Tacuit matheus brevitatis causa quod lucas non tacet parabolam non ad solos principes dictam qui de potestate interrogaverant sed ad

de qstu enim